

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo XL

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

mutabilis est. Dñs autem hoc quod est est. ideo proprium nomen sibi tenuit. ego sum qui sum. hoc & filius dicendo. nisi credideritis quia ego sum. ad hoc pertinet. & tu quis es. principium; Dñs igitur incommutabilis est. anima mutabilis; quando capit anima ex dō unde sit bona. participando fit bona. quomodo tuus oculus participando uidet; nam lumine subtracto non uidet. cuius particeps factus uidet; quia ergo anima participando fit bona. si mutata esse coeperit mala. bonitas manet cuius erat particeps bona. bonitatis enim cuiusdam particeps facta est cum bona esset. quae mutata in peius. integra bonitas permanet; si recedat anima & mala fiat. non minuitur bonitas. si reuertatur & bona fiat. non crescit bonitas; factus est oculus tuus particeps lucis huius. & uidet. clausus est hanc lucem non minuiti. apertus est. hanc lucem non aueristi. hac data similitudine fr̄s intellegite. quia si pia est anima. est pietas apud dñm cuius sit particeps anima. si est casta anima. est castitas apud dñm cuius est particeps anima. si est bona anima. est bonitas apud dñm cuius est particeps anima. si est uerax anima. est ueritas apud dñm cuius est particeps anima. cuius particeps si non fuerit anima. omnis homo mendax. si omnis homo mendax. nullus homo de suo uerax; pater autem uerax. de suo est uerax. quia genuit ueritatem; aliud est uerax est homo iste. quia iam percepit ueritatem. aliud est uerax dñs. quia genuit ueritatem; ecce quomodo uerax est dñs. non participando. sed generando ueritatem; uideo uos intellexisse. & gaudeo. sufficiat uobis hodie. cetera quando dño placuerit. sicut donauerit exponemus. **EXPLICIT SERMO XXXVIII.**

INCIPIT XL AB EO LOCO UBI DICTUM EST DIXIT ERGO EIS CUM EXALTAUERITIS FILIUM HOMINIS. USQ. AD ID QUOD AIT. HAECCILLO LOQUENTE MULTICREDOIDERUNT IN E

De scō euangelio secundum iohannem quod gestare cum nos uidetis in manibus. iam multa audiuit caritas uestra. quae dō donante sicut potuimus disputauimus. commendantes uobis maxime istum euangelistam de dñi diuinitate. secundum quam aequalis est patri & filius unicus dī loqui elapsisse. & propterea aquilae comparatum. nulla quippe auis altius uolante perhibetur; pro inde quae ex ordine subsequuntur. sicut ea dñs tractari donauerit. intentissime audite; loquuti sumus uobis de praecedente lectione. insinuantes quomodo intellegatur. pater uerax. filius ueritas; Cum autem dixisset dñs ih̄s. uerax est qui emisit. non intellexerunt iudaei quod de patre illis diceret. & ait illis quomodo cum legeretur audistis; cum exaltaueritis filium hominis. tunc cognoscetis quia ego sum. & a me ipso facio nihil. sed sicut docuit me pater

haec loquor; quid est hoc. nihil enim aliud uideatur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros quis esset; proculdubio ergo uidebat ibi aliquos, quos ipse nouerat, quos ipse cum ceteris sanctis suis ante constitutionem mundi praesciendo elegerat, post passionem suam esse credituros; ipsi sunt illi quos assidue commendamus, & ad imitationem cum magna exortatione proponimus; Missio enim de super spū scō post dñi passionem & resurrectionem & ascensionem cum miracula fierent in eius nomine, quem tamquam mortuum persequentes iudaei contempserant, conpuncti sunt corde, & qui seuentes occiderunt, mutati crediderunt, & quem sanguinem seuendo fuderunt, credendo biberunt illa tria milia, & illa quinque milia iudaeorum quos ibi uidebat quando dicebat, cum exaltaueritis filium hominis tunc cognoscetis quia ego sum, tamquam dicens; differo cognitionem uestram, ut impleam passionem meam, ordine uestro cognoscetis quis sim, non quia omnes tunc erant credituri ex his qui audiebant, id est post dñi passionem, nam paulo post dicit, haec eo loquente, multi crediderunt in eum, & nondum exaltatus erat filius hominis; exaltationem quippe dicit passionis non glorificationis, crucis, non caeli, quia & ibi exaltatus est quando pependit in ligno, sed illi exaltatio humilitatio fuit, tunc enim factus est oboediens usque ad mortem crucis; hoc oportebat impleri per eorum manus qui postea fuerant credituri, quibus dicit, cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum; quare hoc, nisi ut nemo desperaret in quocumque scelerate male sibi conscius, quando uideat eis donari homicidium qui occiderant xpm; hos ergo in illa turba agnoscens dñs, dixit, cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum; iam nostis quid sit sum, nec assidue repetendum est, ne pariat res tanta fastidium; recolite illud ego sum quis sum, & qui est misit me, & agnoscetis quid dictum sit tunc scietis quia ego sum, sed & pater est, & spū scī est, ad ipsum esse pertinet tota trinitas; sed quia dñs sicut filius loquebatur, ne forte in eo quod dixit, tunc cognoscetis quia ego sum, subintraret error sabellianorum hoc est patri passianorum, quē uobis errorem commendaui non tenendum, sed cauendum, eorum scilicet qui dixerunt, ipse est pater, ipse est filius, duo sunt nomina, sed res una, propter istum ergo cauendum errorem, cum dixisset dñs, tunc cognoscetis quia ego sum, ne ipse intellegatur pater, continuo subiunxit, & a me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, haec loquor; iam gaudere coeperat sabellianū erroris sui occasione conperta, statim ut se tamquam in obscuro extulit, sequentis sententiae luce confusus est; putauerat eum esse patrem quia dixit, ego sum, audi quia filius est, a me ipso facio nihil; quid est a me ipso facio nihil, a me ipso non sum, filius enim de patre est dñs, pater autem non est de filio dñs.

filius est dī dedō. pater autem dī sed non de dō; filius est lumen de lumine.
 pater autem lumen sed non de lumine, filius est sed est de quo est, pater au-
 tem est sed non est de quo est; quod ergo addidit. sicut docuit me pater haec
 loquor. Nemini uestrum obrepit cogitatio carnalis fr̄i mei, non enim potest
 humana infirmitas cogitare, nisi quod consuevit facere uel audire; nolite ergo
 uobis quasi duos homines ante oculos ponere, unum patrem, alterum filium,
 & loquentem patrem ad filium, sicut facis tu quando uerba aliqua dicis filio tuo,
 monens eum & instruens eum quomodo loquitur, ut quaecumq; audiuit te
 commendat memoriae, cum commendauerit memoriae, proferat & lingua,
 distinguit per sonos, inferat auribus alienis quod percepit insuis; Nolite ita co-
 gitare, ne in corde uestro idola fabricetis, humanam formam humanorum li-
 namenta membrorum, figuram carnis humanae, sensus istos conspicuos, sta-
 turam motusq; corporis, linguae officium, distinctiones sonorum; Nolite in illa
 trinitate cogitare, nisi quod pertinet ad formam serui, quam accepit unigenitus
 filius cum uerbum caro factum est ut habitaret in nobis; ibi non te prohibeo hu-
 mana infirmitas cogitare quod nosti, immo & iam compello, si fides in te uera
 est, talem xpm cogita, sed ex maria uirgine, non de dō patre talem cogita;
 Infans fuit, creuit ut homo, ambulauit ut homo, esuriuit, sitiuit ut homo, dor-
 miuit, postremo passus ut homo, suspensus in ligno, occisus, sepultus ut homo,
 in eadem forma resurrexit, in eadem forma ante oculos discipulorum ascen-
 dit in caelum, in eadem forma uenturus est ad iudicium, Angelorum enim
 uox est in euangelio expressa, sic uenit & quomodo eum uidetis euntem in caelum;
 Quando ergo de forma serui cogitas in xpo, humanam effigiem cogita si est in
 te fides, quando autem cogitas, in principio erat uerbum, & uerbum erat apud
 dnm, & dī erat uerbum; pereat de corde tuo omnis humana figuratio, pellatur
 de cogitationibus tuis, quid quid sine corporeo terminatur, quid quid loci spatio
 continetur, uel quanta libet mole diffunditur! De corde tuo figmentum tale dis-
 pereat, Cogita si potes pulchritudinem sapientiae! Occurrat tibi pulchritudo
 iustitiae, forma est, statura est, color est, nihil horum est, & tamen est, nam
 si non esset, nec amaretur, nec merito laudaretur, nec amata nec laudata corde
 moribusq; teneretur; Nunc uero fiunt homines sapientes, & un fierent nisi
 esset sapientia, porro autem homo si sapientiam tuam uidere carnis oculis
 non potest, nec tali imaginatione cogitare, quali corporalia cogitantur, sapientie
 di audes ingerere humani corporis formam, quid ergo dicimus fr̄i, quomo-
 do loquitur est pater filio, qm̄ filius ait. Sicut docuit me pater haec loquor,
 loquitur est illi quando docuit pater filium, uerba fecit quomodo tu quando
 doces filium tuum uerba facis, & quomodo fecit uerba uerbo, quae uerba uicemine q̄t m̄ta

imo oīa fierent unico uerbo; ^{quā} uerbum enim patris aures habuit ad os patris; carnalia
 sunt ista, pereant de cordibus uestris; hoc enim dico, ecce si intellexistis quod
 ego dixi, ego certe loquutus sum & mea uerba sonuerunt, sonusq. aures pepu-
 lerunt, & per sensum auditus uestri ad cor sententiam per dixerunt; si in-
 tellexistis, facite aliquem audisse latinæ linguæ hominem, tantum modo i-
 audisse, nec tamen intellexisse quod dixi, quantum ad strepitum pertinet
 . emissum ex ore meo, sic eius ille particeps factus est qui non intellexit, quo
 modo & uos, eūdem sonum audiuit, eisdem syllabæ aures eius percusserunt, sed
 in corde ipsius nihil genuerunt; quare quia non intellexit; uos autem si in-
 tellexistis, unde intellexistis, ego ad aurem sonui, numquid ego in corde lu-
 men accendi, proculdubio si uerum est quod dixi, & hoc uerum non solum
 audistis, uerum & iam intellexistis. Duæ res ibi factæ sunt, discernite illas,
 auditus & intellectus; auditus per me factus est; intellectus per quem ego
 ad aurem dixi ut audiretis, ad cor uestrum quis dixit ut intellegeretis, sine
 dubio aliquis & ad cor uestrum aliquid dixit, ut non solum strepitus iste uer-
 borum percuteret aurem uestram, sed & iam in cor uestrum aliquid descen-
 deret ueritatis; Dixit aliquis & ad cor uestrum, sed non eum uidistis; si intel-
 lexistis fr̄s, dicam est & cordi uestro, ^{na} munus dī est intellegentia, quis hoc
 dixit in corde uestro, si intellexistis, cui dicit psalmus, Da mihi intellectum
 ut discam mandata tua. Uerbi gratia, ep̄s loquutus est, quid loquutus est,
 ait aliquis, respondens quid loquutus sit, & addis, uerum dixit, tunc alius
 qui non intellexit, quid dixit inquit, ait quid est quod laudas, ambo me
 audierunt, ambo uos ego dixi, sed uni ipsorum dī dixit; si parua magnis
 comparare conceditur, quā nos ad eum quid sumus, tamen nescio quid in
 corporaliter & spiritaliter facit in nobis dī quod nec sonus est qui aurem per-
 cutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor est qui naribus capitur,
 nec sapor qui faucibus iudicatur, nec durum & molle quod tangendo sentia-
 tur, & tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare impossibile est,
 si ergo dī ut dicere coeperam, loquitur in cordibus nr̄is sine sono, quomodo
 loquitur filio suo, sic ergo fr̄s sic cogitate quantum potestis ut dixi, licet par-
 ua magnis modo aliquo comparare, sic cogitate, in corporaliter pater lo-
 quutus est filio, quia in corporaliter pater genuit filium, nec eum sic do-
 cuit quasi indoctum genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est scienti-
 genuisse, & hoc est docuit me pater, quod est scientem me genuit pater;
 si enim quod pauci intellegunt, simplex est natura ueritatis, hoc est filio
 esse quod nosse; ab illo ergo habet ut nouerit, a quo habet ut sit, non ut pri-
 us ab illo esset, & ab illo postea non esset, sed quem ad modum illi gignendo

dedit ut esset, sic gignendo dedit ut nosset. quia simplici ut dictum est natu-
 rae ueritatis esse & nosse non est aliud atq. aliud, sed hoc ipsum; Dixit ergo
 ista iudaeis: & addidit; & qui me misit mecum est; iam hoc & ante dixerat. sed
 rem magnam assidue commemorat. misit me & mecum est; Si ergo tecum e-
 odne non unus ab alio missus est, sed ambo uenistis, & tamen cum ambo simul
 sint, unus missus est, alter misit. qm̄ missio incarnatio est. & ipsa incarnatio
 filii tantum est non & patris; Misit itaq. pater filium, sed non recessit a filio,
 non enim quo misit filium, non ibi erat pater; ubi enim non est qui fecit om-
 nia, ubi non est qui dixit caelum & terram ego impleo, sed forte pater ubiq.
 est, & filius non est ubiq.; Euangelistam audi, In hoc mundo erat & mundus
 per eum factus est; Ergo inquit qui me misit, cuius auctoritate tamquam
 paterna incarnatus sum, mecum est, non me relinquet, quare me non relin-
 quet, non relinquet me inquit solum, quia ego quae placita sunt ei facio semp;
 Ipsa est aequalitas semper, non ex quodam initio & deinceps, sed sine initio,
 sine fine; Di enim generatio non habet initium temporis, quia per gentium
 facta sunt tempora; Haec illo loquente, multi crediderunt in eum; utinam &
 me loquente multi qui aliud sapiebant intellegant, & credant in eum; quidam
 enim fortasse sunt in ista multitidine arriani, non audeo suspicari esse sa-
 bellianos qui ipsum patrem dicunt esse qui est filius; heresis quippe ista ni-
 mis antiqua est & paulatim euiscerata; arrianorum autem adhuc uideatur
 habere aliquas motiones quasi cadaueris putrescentis, aut certe ut multum
 quasi hominis animae exentis; oportet inde reliquos liberari, sicut inde mul-
 ti liberati sunt; & quidem ista ciuitas eos non habebat, sed postea quam mul-
 ti peregrini aduenerunt, nonnulli & ipsi uenerunt; ecce haec dno loquen-
 te, multi iudaei crediderunt in eum; ecce & me loquente arriani credant
 non in me sed mecum; Dicebat ergo dñs ad eos qui crediderant in eum tu
 dieos; si uos manseritis in uerbo meo, ideo manseritis quia in uita estis,
 quia & ibi esse coepistis. Si manseritis, hoc est in fide quae in uobis esse cre-
 dentibus coepit, quo per uenistis, uide quale initium, quo perducit, amasti
 fundamentum, culmen adtende, & ex ista humilitate aliam celsitudinem
 quere; fides enim humilitatem habet, cognitio & immortalitas & aeterni-
 tas non habet humilitatem, sed celsitudinem, erectionem, nullam defec-
 tionem, aeternam stabilitatem, nullam ab inimico expugnationem,
 nullum deficiendi timorem; magnum est quod incipit a fide, sed con-
 temnitur fundamentum; sol & & iam in aedificio ab impertis contemni,
 fossa fit grandis, lapides quoq. modo passim mittuntur, nulla ibi expo-
 litio, nulla pulchritudo appareat, quomodo nec in arboris radice si appareat

aliqua pulchritudo. Totum tamen quid quid te delectat in arbore. de radice
 surrexit. sed uides radicem & non delectaris. uides arborem & miraris. Stulte
 quod miraris. inde surrexit quod non delectaris. parum aliquid uidetur fides
 credentium. non habes stateram unde adpendas. audi ergo quo peruenit. &
 uide quanta sit. sicut & ipse dñs alio loco dicit. Si habueris fidem sicut granum
 sinapis. quid humilius. quid uehementius. quid minutius. quid feruentius.
 ergo & uos ait. si manseritis in uerbo meo in quo credidistis. quo perducemini.
 Vere discipuli mei eritis. & quid nobis prodest. & cognoscetis ueritatem. quid
 promittat credentibus fr̄s. & cognoscetis ueritatem. quid enim. non illam
 cognouerant quando dñs loquebatur. si non cognouerant. quomodo credi-
 derunt. non quia cognouerunt crediderunt. sed ut cognoscerent credide-
 runt. Credimus enim ut cognoscamus. non cognoscimus ut credamus. quod
 enim cogniturus sumus. nec oculus uidit. nec auris audiuit. nec in cor hominis as-
 cendit. quid est enim fides. nisi credere quod non uides. fides ergo est quod
 non uides credere. ueritas quod credidisti uidete. sicut ipse quodam loco ait.
 Ideo dñs prius ad faciendam fidem ambulauit in terra. homo erat. humilis fac-
 tus erat. ab omnibus uidebatur. nec ab omnibus cognoscebatur. a multis repro-
 babatur. a turba occidebatur. a paucis dolebat. sed tamen & ab eis a quibus do-
 lebat. nondum sicut erat agnoscebatur. Totum hoc quasi in tunc est lina-
 mentorum fidei. & structurae futurae. quod dñs ipse attendens quodam loco
 ait. Qui diligit me mandata mea custodit. & qui diligit me. diligetur a patre
 meo. & ego diligam eum. & ostendam ei ipsum illi. quem qui audiebant. utiq.
 iam uidebant. eis tamen si diligebant. uidendum se promittebat. sic & hic cog-
 noscetis ueritatem. quid enim. quod dixisti. non est ueritas. ueritas est. sed ad
 huc creditur. nondum uidetur. si maneat in eo quod creditur. peruenit ad
 id quod uidetur. Inde iohannes ipse sc̄i euangelista in epistola sua. Dilectis-
 simi inquit filii sumus. sed nondum apparuit quid erimus. iam sumus. &
 aliquid erimus. quid plus erimus quam sumus. Audi. nondum apparuit quod
 erimus. Scimus quia cum apparuerit. similes ei erimus. unde. quoniam uide-
 bimus eum sicuti est. magna promissio. sed merces est fidei. quae mer-
 cedem. opus praecedat. si credis. mercedem exiges. fidei. si autem non credis.
 fidei. mercedem qua fronte quaeris. Si ergo manseritis in uerbo meo. uere
 discipuli mei eritis. Ut contempe mini ipsam ueritatem sicuti est. non per uer-
 ba sonantia. sed per lucem splendentem. cum sciat ueritatem nos quod legitur in
 psalmo. Signatum est super nos lumen uultus tui dñe. non & ad sumus.
 nummus. a thesauro oberrauimus. errore dicitur est quod in nobis fuerat
 impressum. uenit qui reformet. quia ipse formauerat. quaerit & ipse nummum

suum, sicut caesar nummum suum; ideo ait. Reddite caesari quae caesaris sunt,
 & dō quae dei sunt! Caesari nummum, dō uos ipsos; Tunc ergo exprimebat ueri-
 tas in nobis; quid dicam caritati uestrae. O si cor esset qualiter cumq. suspirans
 in illam ineffabilem gloriam! O si peregrinationem nostram ingemtu sentire
 mus, & saeculum non amaremus. & ad eum qui nos uocauit, pia mente perpe-
 pulsaremus; Desiderium sinus cordis est, capiemus si desiderium quantum pos-
 sumus extendamus; hoc nobiscum agit scriptura diuina, hoc congregatio popu-
 lorum, hoc caelebratio sacramentorum, hoc baptisimus sc̄s, hoc cantica laudis di.
 hoc ipsa nostra disputatio. ut hoc desiderium non solum seminetur & germinet.
 uerum & iam in modum tantae capacitatis augeatur, ut idoneum sit sumere qd
 oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit; sed amate mecum d̄m,
 non amat multum nummum, qui amat d̄m; & ego palpauit infirmitatem, non
 ausus sum dicere, non amat nummum, sed non multum amat nummum, quasi
 amandus sit nummus, sed non multum. O si d̄m digne amemus, nummos omni-
 no non amabimus; erit tibi nummus instrumentum peregrinationis, non inrita-
 mentum cupiditatis, quo utaris ad necessitatem, non quo fruaris ad delectationē;
 D̄m ama, si aliquid in te egit quod audis & laudas. ut te mundo, non te capiat m̄-
 dus, quod intra te iter agis, exiturus uenisti non remansurus. iter agis, stabulū
 est haec uita, ut te nummo quomodo uiator in stabulo utitur mensa, calice, ur-
 ceo, lectulo, dimissurus non permansurus; si tales fueritis, erigite cor qui potestis,
 & audite me, si tales fueritis, ad eius promissa uenietis; non enim multum est
 ad uos, quia magna est manus eius qui uos uocauit. uocauit in uocatur, dicitur
 illi, uocasti nos, in uocamus te; ecce audiuimus uocantem, audi in uocantes, per-
 duc quo promisisti, perfice quod inchoasti, noli desistere muneratus, noli dese-
 rere agrum tuum. Germinata tua intrent in horreum, abundant temptationes
 in mundo, sed maior est qui fecit mundum; abundant temptationes, sed non
 deficit qui in illo spem ponit, in quo defectus nullus est; Ad hoc ostatus sum
 ista fr̄s, quia libertas de qua loquitur d̄n̄s noster ih̄s xp̄s, non est huius tem-
 poris; uide & quid adiunxit; ueste discipuli mei eritis, & cognoscetis ueritatem,
 & ueritas liberabit uos; quid est liberabit uos, liberos uos faciet; Deniq. iudaei
 carnales, & secundum carnem iudicantes, non hui qui crediderant, sed in illa
 turba qui erant qui non credebant, iniuriam sibi factam putauerunt quia
 dixit eis, ueritas liberabit uos. Indignati sunt seruos se esse significatos, & ueste
 serui erant, & exponit illis quae sit seruitus, & quae sit futura libertas, quā ipse
 promittit; sed de hac libertate, & de illa seruitute, nimis longum est ut ho-
 die disputemus. **EXPLICIT SERMO XL INCIPIT XII. AB EO QUOD AIT.**
DICEBAT ERGO IH̄S AD EOS QUI CREDIDERANT USQ. AD IO.